

AD CLODOVEI II DIPLOMATA PROLEGOMENA.

(Breqigny, Diplomata, Chartæ, Leges, t. II.)

Clo dovei II, Sigeberti fratri, Neustrie et Bur-
gundie regis, diplomata tria legitima edita sunt,
supposititia totidem.

§ 1. *Diplomata sincera.*

1. Primum ex legitimis æri incidendis curavit Ma-
billonius, de Re dipl., pag. 378, ex autographo cor-
tico, litteris Merovingicis exarato, addita inter-
lineari lectione vulgaribus litteris expressa; tuu
paulo antiquius edidit, quibusdum sane suppletis ex
securitatem mutili instrumenti inspectione; valde
enim mutilum erat autographum. Ex eo sere nihil
aliud erui potest, nisi donum loci Cortiraci a Dagoberto
collatum monasterio sancti Dionysii, a Clodo-
veo et Nandechilde matre ejus, suis confirmatum.
De falso postulavit diploma hoc Germanius, de vet.
reg. Franc. Diplom. t. I, pag. 155, et t. II, pag. 191;
cujus criminaciones diluerunt Mabillonius, de Re
dipl. suppl. pag. 20, et Fontaninus, Vindic. antiq.
dipl. pag. 162. Paululum circa hac immorari juvat
et rem diplomaticam maxime pertinentia, quibus
executieis in notis nostris, propter prescriptas
brevitatem, vacare non licuit. Agitur præcipue de
signanda acceptance utriusque locutionis, subscrip-
cio propria, et nomine signaculum.

Argumentum contra veritatem diplomatis petit Germanius ex clausula qua Clodoveus et mater ejus proflentur se propriam subscriptionem inserere non posse. Peritum scribendi fuisse Clodoveum sicut ante patris obitum contendit Germanius, et id contruit ex verbis auctoris Gestorum Dagoberti, cap. 42. Cum enim morti proximus Dagoberti testamento condenseret, cui subscribere, morbo ingra- vescente, non valeret, rogavit Clodoveum filium suum ut per signaculum nominis sui chartam affir- maret, et optimates subscriberent. Sed ex ipsissimi Gestorum verbis arguitur contra Germanium tam scribendi imperium fuisse Clodoveum; hoc enim locutio, per signaculum nominis, intelligenda est de signo qualicunque, quod vice subscriptionis litteris exarate apponetur; id patet ex eo quod, cum de optimatis agitur, expre. se dicitur ipso subscriptissime, dum Clodoveus solo nominis signaculo chartam confirmavit. Sic factum fuisse apparelt in autographo quod expendimus; in eo enim existant Nantechildis et Clodovei monogrammata, que in notis nostris effigi curavimus (a). Sic autem habet autographum mutilum: « Propria subscriptione inserere non possumus, tamen . . . os et præcelsa genetrix nostra dom. . . . berchus. . . . Signum dom. Chlodovici regi. Signum præcelsa Nantechilde regiae. » Que deficiunt, sic videntur explenda: « Cui nonnulla nostra propria subscriptione inserere non possumus tamen [u] os et præcelsa genetrix

cum sanctæ reginæ ac monachæ velo alteroque calco posuerunt. Duplex celebratur sancte Bathildis translatio, altera xvi Kalend. Aprilis, altera pridie Kalend. Januarii, hæc quidem in monasterio Kalensi ob quamdam sine dubio sacri corporis translationem in novam capsam; illa in Corbeiensi æque ac Kalensi ob ejus elevationem, que fuit facta anno ab incarnatione Domini 853, anno vigesimo imperante Ladovico serenissimo Augusto, et celebratur xvi Kalend. Aprilis, uti in veterissimo Codice Corbeiensi agitur. Ex quo corrigas Martyrologium Benedicti- um, in quo hæc elevatio seu translatio, xv kal.

A nostra domina Nantechildis, quam uxorem habuit genitor noster Dagobertus, [inanum nostrorum signaculis ad umbra vim] signum dom. Chlodovici, etc. Hæc supplemus ex clausula extrema diplomat's primi inter spuria (*Infra, col. 688*) ejusdem Clodovei, quod quidem, in plurinis sincerum, tamen, cum sit multis adulterinibus foedatum, inter legitima non admittendum putamus.

Ergo ruit calumnia Germanii; et certe nota est nobis virorum et principum hac ætate scribendi imperitia, nec ea mira videbitur seu in Clodoveo puerulo, seu in Nantechilde regina quidem, sed e ministerio ad solium evecta.

2. Aliud habemus sincerum Clodovei II diploma, stepius vulgatum, quod Mabillonius Merovingicis litteris æri incisio edidit, de Re dipl. tabul. xvii, ad fidem autographi apud sanctum Dionysium repositi. Exstat insertum in chartulario quod asservatur in bibliotheca regia, sub n. 5415. Prolixas huic instrumento notas subjecimus; quibus hic pauca licet addere, ad refellendas Germanii calumnias. Hoc diploma Clodoveus confirmat privilegia monasterio sancti Dionysii a Landerico, Parisiensi episcopo, concessa. Exemplum concessionis Landerici typis mandavimus supra (col. 29), sed ita adulteratum ut illud spuris instrumentis annumeraverimus. Existitque quidem Landerici concessiones docet auctor Gestorum Dagoberti, nec id negat Germanius, de vet. reg. Franc. Dipl., t. I, pag. 125, et t. II, pag. 180, aut a Clodoveo confirmatas fuisse; sed autographum a Mabillonio editum suppositum esse contendit, et id astruere conatur, 1° ex monogrammate quod diplomati subjicitur; 2° ex subscriptione Radoberti majoris domus, unde arguit multa in genuino Clodovei diplomate exitisse, que deficiunt in exemplo quod ut autographum venditavit Mabillonius; 3° ex Gestis Dagoberti. Hæc autem sic arbitramur dilui posse.

C 1° In monogrammate legit Germanius nomen Sigeberti; quod sane pro falso indicio haberemus; neque enim, quidquid Mabillonius jusserit, de Re diplom. pag. 376, et suppl. pag. 19, concipere id possimus, ut Clodovei diploma monogrammate fratris, non suo, vallatum fuerit; sed, si Merovingicas litterarum formulas requiramus, distincte in monogrammate assequemur nomine Chlodovici, et in hoc haecce miramur Mabillonius, qui cum litteris Merovingicis familiariter versabatur. Monogramma accurata cælatura effictum (b) exhiberi curavimus; quod si inspicatur, unamquamque litteram in eo sic distinguere facile erit: scilicet, littera C comprehenditur in superiori parte linea que est a sinistra, et in inferiori littera L. Hæc eadem linea, cum alia dextrorum per transversalem unita, exprimit litteram

April. memoratur; cujus elevationis historiam suo loco referemus: saeculo iv Benedictino.

D (a) Necesse esse non est visum ut æri incidenterunt monogrammata illa, que in Diplomatica Mabillonii reperiuntur.

(b) Quoruim quidem monogrammatum figuræ in hac novissima Editione non existit, quas vide apud Mabillonum et in Elementis palæographia a N. de Wailly descriptis, t. II, pl. vi, l. 3. Confer etiam quidquid ad rem illustrandam eruditus idem addidit, t. I, pag. 659.

H. Transversali linea insidet litterula que proprior videtur nostrae litterae *S*, sed formam vocalis *O* charactere Merovingico effingit, et hoc officio bis fungitur in monogrammate, quod in veteribus monogrammatibus minime insolens. Littera *D* a dextris inversa figura conspicitur. In apice monogrammatis signantur litterae *V*, *I*, et bis quoque lectioni inservit littera *V*. Restat littera *S*, quam agnoscere fas est in linea que a parte dextra transversalis linea descendit. In hac nostra monogrammatis enucleatione non omnino concordamus cum auctoribus Diplomaticæ novæ, t. III, pag. 555, qui tamen in summa notis convenienter, nomine Clodovei ex monogrammate eruerter.

2 Radoberti subscriptio cum titulo *majoris domus Germanio* suspecta est, neque arbitratur hunc unquam prefecturam palatii gessisse sub Clodoveo II. Non ita sentiunt Henschenius apud Bolland. Exege sis, ad t. III April., pag. 5, et Fontaninus, Vindic. dipl. pag. 159. Felicis forte conjicit Mabillonius, in Dipl. suppl. pag. 10, Radobertum vel Aquitanum, vel Bathilis reginæ majorem domus existuisse, fuerunt enim reginarum maiores domus. Ipsi Germanio haec conjectura non displicuit, ut videre est, ubi supra, t. II, pag. 14.

3 Objicit Germanius diploma Clodovei II pugnare cum iis quæ de hoc ipso diplomaticæ narrantur in Gestis Dagoberti. Sed auctor Gestorum quidquid a Landerico Sandionysianis concessum sacerat sigillatum narrando persequitur, diploma vero generalem concessorum confirmationem enuntiat. Ex hac autem discrepantia nihil argui potest, unde sinceritas diplomaticis everti possit.

3. Non diu nos detinebit tertii diplomatici fragmentum, quod quidem mutilium adiuvandum, sed legitimum unicuique videatur. Non alio nisi Mabillonio sparsore illud Clodoveo II tribuumus. Ita truncum ei hiulcum est, ut ipsius argumentum ex eo eruerere non liceat. D tum fuit regnante Clodoveo quem Mabillonius secundum hujus nominis conjicit. Eiusdem dicuntur suggester Amathilde industria matrona, quam aliunde non novimus. Parvi forte momenti est ejusmodi quiesquilia colligere; sed tam veteris atlatis reliquias, qualescumque sint, neglectui habere, religio nobis foret.

§ II. Diplomata spuria.

1. Tria diximus vulgata fuisse sub nomine Clodovei II commentarii diplomatica. Primum est de Fossatensi monasterii fundatione. Clodoveus hoc instrumento concedit Blidegisillo diacono castrum Fossum, seu Bagaudarum, juxta Materiam Buvium, ad condendum monasterium in honorem sancti Petri et Pauli. Hoc est celebre monasterium quod, teste Nov. Gall. Christ. t. VII, col. 283 et seq. Fossatense vocatum, deinde sancti Mauri Fossatensis nomine sumpsit, et tandem, bulla Clementis papæ VII, anno 1533 abolitum, loco monachorum subrogatis canonici, Parisiensi episcopatu unitum est. Magna nomina tuentur hujus diplomaticis sinceratatem, Breulius, Antiq. Paris. lib. I, pag. 58; Felibianus hist. Paris. t. III, pag. 20; Mabillonius, Annal. Bened. t. I pag. 372; aliqua tamen in eo temere inserta expungit Cointius, Annal. t. III, pag. 83; uox omnino suppositiū instrumentum judicainus Breulius asserit autographum extare in archivō

A Fossatensi ecclesie; sed et in archivō, et in tabulario capituli sancti Thomæ Luparense, ubi res Fossatensis monasterii repositæ dicebantur, illud frustra investigandum curavimus. Haec autem fabi vestigia sunt.

Fingitur in diplomaticæ Blidegisillo impetravisse hunc locum ut monachos ibi constitueret *sub regula sancti Benedicti*; sed Blidegisillo ibi constituit primum abbatem Babolenum, sancti Columbani discipulum; unde Cointius interpolatum conjicit instrumentum in gratiam ordinis Benedictini. Apertus abbas Lebeuf, Histor. diœces. Paris. t. V, pag. 97 et 118, totum diploma ab aliquo hujus ordinis monacho conslatum pronuntiat, qui, cum hoc monasterium, non semel restauratum, regule sancti Benedicti suo tempore subjectum videret, sic a primordiis institutum creditur, et haec inseruit in instrumento quo ad asserenda jura monasterii sui fabricabat, ut suppleret legitimo deperdito. Id præterea manifeste falsum prodit: Clodoveus monachis

B condendum monasterium habitaturis privilegia largitur, ea lege ut pro genitrice sua, pro conjugi et prole, Deum exorent. Signatur autem diploma anno regni primo, quo vix quinquennis erat Clodoveus, cui certe nec coniugis nec prola cura tunc erat. Haec quoque interpolat Cointius, Annal. t. III, pag. 28, deleri jubet. Sed quæ causa movere potuit et vero diplomaticæ huc clausula adderetur? Sane, si illi emendatione corrupta instrumenta resarcire liceat, quis fetus spurius inter legitimos non coaptabatur?

C **2.** Fortioribus autem argumentis falsi convincitor quod Clodoveo II tribuant diploma secundum, pro monachis insulae Barbaræ. Datum dicitur *Mense Lauduno*, qui locus nunquam fuit e ditione hujus regis. Formulae carolingicam setatem omnino appetunt. Invocationis initialis, tempore Clodovei II insita; insolentior titulus quem Clodoveus assunxit, *divina Providentia imperator Augustus*. Hoc se tunc inscribebat Ludovicus Pius. Personæ quibus directum fuit Clodovei diploma exedem sunt quibus Ludovicus Pii diplomatica directa, scilicet ducibus, comitibus, vicedominis, telonariis, etc. Quin et regis diploma Clodovei dirigitur, quod Cointius, Annal. t. III, pag. 126, videtur preteri sun et rationem. Be regalia possidentibus ibi memoratis, obsecrat neminem apud Francos, hoc tempore, possidisse regalia. Ex his facile crediderimus hoc instrumentum non seculum fuisse consuetum, ut jus monasterio insulae Barbaræ pararetur in ecclesiis et vilis que magno numero huic concessa dicebantur.

3. Diploma tertium sub nomine Clodovei II, que plurima dona monasterio sancti Dionysii conferuntur aut coulurmantur, scatet vitiis quæ fabari ignorantiam produnt. Ibi mentio est donationis Constantiniæ erga Romanam Ecclesiam; quam fabula nemo nescit saeculo decimo quinto exporsam, non ante nonum saeculum exortam fuisse. Ibi habentur subscriptiones comitum Flandriæ et Normanniæ; comites autem Flandriæ ante regnum Caroli Calvi non exstiterunt; Normanniæ nomen ne notum quidem fuit sub Meroveaduī regno. Hoc tamē instrumentum, quasi ex originali depromptum, obtutit Dubletus, homo simplex et male oculatus, plane rudiis in dignoscendis veteribus chartis, quas quotidie contrectabat.

DIPLOMATA SINCERA.

DIPLOMA PRIMUM.

Chlodoreus, rex Francorum, terram de Cotiraco, in Camiliacensi pago, a Dagoberto concessum monasterio Sancti Dionysii, confirmat (ann. 640).

[*¶ Chlodovius, rex Francorum*], vir int. Vandalibus duci et Ebrulso graf. vel omnibus agentibus praesentibus et futuris.

* Se petitionebus sacerdotum semper praebemus..... sinus...ime in h... regni nostri... vel basile... confirmatis... sinus, ter... quondam per sua ep' stola... in loco noncopante Cotiraco, quae est super f...m Isara, in pago Camiliacense... geneturis nostri Dagoberthi regis manebus robor... firmas... raeces... cuius petiti... hoc ei magni... o seu uteletas ves... et confirmation... et genet... is nostri quicquid... in suprascripta loca... inter... basilecam... praesenti tempore s'abileter possedetur, indesenenter possedeant, et abaque lite... conrexatio... propria subscriptione inserere non possumus tamen... os et praecelsa generis nostra dom... hercitus... e sig. dom. Chlodovio regi. Sig. praecelsae Nantechilde reginae d.

DIPLOMA II.

Clodoreus II, rex Francorum, privilegia confirmat ab episcopo Parisiensi Landerico concessa monasterio Sancti Dionysii, et d...na eidem collata aut conferenda illibata permanere jubet * (ann. 653).

CLODOVIUS, REX FRANC. V. INL.

Uporit clemenciae principali inter ceteras peti-

* Mutilum admodum instrumentum vulgavit Mabillonius, de Re dipl., tab. xviii, pag. 378. ari incisum ex autographo corticeo, cum interlineari lectione, et iterum separati cum annotationibus. Recensum extat apud Felibianum, Hist. abb. S. Dionys., prob. pag. 5, et in Collectione scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 657. Edidit ex lectione Mabil-onii collata cum tabula ari incisa. [Novam ad autographum, in archivio regio, k. n. vii, asservatum, collationem instituere conatus est A. Teulet, sed ita detritum exstat, ut haec etiam vocabula quea a Mabillonio legi potuerunt, nunc penitus sint obliterata. Edidit quoque Marini, Papiri diplom. n. LXXI.]

* Quæ hic et deinceps Italico scribuntur charactere prætermissa sunt in tabula ari incisa. Suppleta sunt a Mabillonio, ex accuratori lectione, ut credibile est, in exemplo quod legitur in ipsis tabulæ rgo.

* Monogrammata Clodovei Nantechildisque effinuntur signis quea ari incisa sunt a Mabillonio. Infra, m...rio, locus sigilli. Post sigillum legitur let, quod billonius interpretatur valete.

Nulce noti loci aut temporis. Clodoveus rex, 10 emissum fuit diploma, illius fuit Nantechildis, roinde hujus nominis secundus. Ex subscriptione Techildis arguitur datum fuisse ea vivente, que anno 641, teste Fredeg. Chron. cap. 90. Clodus autem regnum auspiciatus fuerat anno 638. satis probabili conjectura hoc instrumentum annum 640 collocat Felibianus, Hist. abb. S. pag. 21, quem sequimur. Magnum certamen fuit tabillonium et Germonium, de vet. reg. Franc. t. I, pag. 155, et t. II, pag. 194, de sinceri- ius diplomaticis. Adeo spurium illud credebatius, ut falsi criminaretur Dagoberti diploma, huic Clodovei diplomati simile videretur.

PATROL. LXX XVII.

A ciones illud quea pro salute adscribetur, vel pro timore divini nonnenis postolatur placabelli auditio suscipere, et ad effectum perducere, ut fiat in mercide conjunectio, dum pro quiete servorum Dei vel congruencia locis venerabilebus inpertitur peticio. Igetur dum et omnipotens pater, qui dixit de tenebris lumen splendiscere, per Incarnationis mistarium unigeniti filii sui Domini nostri Jesu Christi, vel illustracionem Spiritus Sancti influxit in corda sanctorum christianorum, pro cujus amore et desiderio, inter ceteros gloriosos triumphos marterum, beatus Dionisius, Leutherius et Rusticus meruerunt palmarum victoriae et coronam percipere gloriosam, ubi per multa tempora in eorum basileca in qua requiescere videntur, non minima miracula Christus per ipsos videtur operare, in quo eci...m loco genetores nostri, dominus Dagoberthus et domna Nantechildis videntur requiescere, ut per intercessionem sanctorum illorum, in caelesti regno cum omnibus sanctis mereant participari et vitam aeternam percipere. Et quia ab ipsis principibus vel a ceteris priscis regebus, vel aeciam a Deo timentibus christianis hominebus, ipse sanctus locus in rebus propter amorem Dei et vita aeterna videtur esse ditatus, et nostra integra devocio et peticio fuit ut apostolicus vir Landericus, Parisiaci Aecclesiae episcopus, privilegio ad ipsum sanctum locum, abbati vel fratrebus ibidem consisten-

Sed diploma Clodovei feliciter tuctur Mabillonius: Germanii enim omnis argumentatio ad id recidit quod Nantechildis et Clodoveus nomen suum huic instrumento subscribere non posso se declarant, quamvis utrumque scribendi peritum fuisse Germanius contendat. Mabillonius argumentationem evertit in Supplemento ad librum de Re diplomatica, pag. 20, quod vides. Vide et prolegomena nostra, ubi haec prolixiori disputatione prosequimur.

* Primus vulgavit Dubletus, Hist. abb. S. Dion. pag. 683, ex autographo corticeo [nunc in archivio reg. tabul. viii bis, a servato]: recensum est inter Conc. Gall. Sirmondi, t. I, pag. 498; in Ann. Cointii, t. III, pag. 375; in Hist. Sandionys. Felibianus, prob. pag. 5; in Collect. script. rer. Franc., t. IV, pag. 636; sed accuratius a Mabillonio, de Re dipl., tab. xvii, qui Merovingis litteris exaratum autographum ari incidi curavit, ac deinde, pag. 466, vulgari charactere expressit. Exstat in Hist. Eccl. Paris. t. I, pag. 488. Nos ex Mabillonii exemplari Merovingico hic exhibemus. [E nova et accurata ad archetypi fidem recensione, nonnulla emendavit A. Teulet.] Cointius illud adeo formulis Marcelli, im-

D primis form. n. lib. 1, consentaneum existimat, ut nullum in eo falsitatis aut interpolacionis indicium se agnoscere fateatur. Novos tamen scripturæ et barbarismos emendat quasi temere a Dubleto inductos, a maiorum cum veterum instrumentorum stylo similitudinem; in quo fallitur, ut patet ex autographo. Nec feliciter idem Cointius arbitratus est expungendas subscriptiones præter nomina regis et referendarii; omnes enim exhibet autographum, et harum meminit auctor Gestorum Dagoberti, cap. 51. Germonius diploma pro suppositio habendum summopero conatus est astruere. Illius præcipua argumenta et responsiones Mabillonii in notis attingemus, et in prelatione fusi.

tebus, facere vel confirmare pro quiete futura debet, quo facilius congregacioni ipsi licet pro stabilitate regni nostri ad limena marterum ipsorum jugeter exorare, hoc ipse pontefex, cum suis quoepscopis, juxta petitionem devocionis nostrae, plenissimam voluntatem prestitissimo vel confirmasse dinuscitur. Nos ergo per hanc seriem autorelatis nostrae, juxta quod per supradictum privilegium a poutesecebus factum et prestetum est, pro reverencia ipsorum marterum, vel nostra confirmando mercide, per hanc autorelatam jobemus ut si qua ad ipsum locum sanctum in villabus, mancipiis, vel quibuscumque rebus adque corporebus, a priscis principibus, seo genitorebus nostris, vel a Deum timentibus hominebus, propter amorem I-ae, ibidem delegatum, aut deinceps fuerit addetur, dum ex munificencia parentum nostrorum (ut diximus) ipse sanctus locus videtur esse ditatus, nullus episcoporum, nec praesentes, nec qui futuri fuerint successores, aut eorum ordenatores, vel qualibet persona possit quoquo ordene de loco ipso alequid auferre, aut alequa potestate sibi in ipso monast.... (sic in origin.) vel alequid quase per conmutacionis titulum, absque voluntate ipsius congregacionis vel nostrum permisum, menoare, aut calices vel croces, seo indumenta altaris, vel sacros codeces, argentum aurumve, vel qualemcumque speciem de quod ibidem conlatu fuit aut erit, auferre aut menoare, vel ad civitate deferre non debeat nec praesumat: sed liciat ipsi sancte congreg.... (sic in origin.) per rictam delegacionem conlatum est, perpetui possedere, et pro stabilitate regni nostri jugeter exorare: quia nos pro Dei amore, vel pro reverencia ipsorum sanctorum marterum, et adhepiscenda vita aeterna, hunc beneficium ad locum ipsum sanctum cum consilio pontificum et inlustrium virorum nostrorum procerum gratisemo anemo et integra voluntate vise suemus prestetisse, eo scilicet ordene, ut sicut tempore domini generosis

^a Continuo in ipsa contextus linea subscriptis referendarius Beroaldus, quod notandum; nam frequenter post subscriptionem regis subscribunt referendarii, aliquo interposito spatio.

^b Inter voces Chlodovius et rex appositum est monogramma, quod non leve criticis negotium facessit. Quo nomine monogramma [quod videtur est ære incisum apud Mabillonium], explicari debeat non concordant viri docti. Hinc Germonius, De vet. reg. Fr. dipl. t. I, pag. 125 et seq., præcipue ansam sumpsit hoc diploma inter spurious fetus amandandi. Sic enim monogramma legendum censem: Sig. s. rex, quod interpretatur: *Sigibertus rex subscriptus*. Id primo aspectu non displicuit Mabilloni, de Re diplom. pag. 376, et suppl. pag. 19; sed cum rei proprius inspexisset, parum ipsi verisimile visum est Clodovei subscriptioni suis insertum Sigiberti monogramma. Merito certe; neque quisquam Sigiberti nomen in hoc monogrammate viderit, juxta veteres litterarum Merovingicarum formas. Melius autores Diplomaticæ novæ nominis ipsius Clodovei legerunt, t. III, pag. 555, quibus suffragantur, etsi in omnium characterum interpretatione cunctis non concordemus. [Vides etiam, de hoc monogrammate, N. de Vailly, Elementa palæographiæ, t. I, pag. 567.]

^c Haec in subscriptiōnibus observanda: promiscuae sunt, et omnes fere charactere Merovingico scriptae,

A nostri ibidem psallencius per turmas fuit instetutus, vel sicut ad monastirium sancti Mauricii Agaunis die noctoque tenetur, ita in loco ipso celebretur. Quam viro autorelate decrivemus Christum in omnibus nobis subfragantem, ut firmior habeatur, et per tempora conservetur, subscriptiōnebus manus nostrae infra roborare. Beroaldus obtul. ^a. Chlodovius ^b rex sub. Aunemundus peccator consciens subscripti ^c. In Christi nomine Chaoaldus consciens subscripti. Rauracus peccator consciens subscripti. Laudomierus consciens subscripti. Aetherius peccator consciens subscripti. ^d In Christi nomine, Eligius episcopus subscripti. Ricoaldus peccator consciens subscripti. Rigoberthus peccator, episcopus, subscripti. ^e In Christi nomine, Landericus, B ac si peccator episcopus, subscripti. Vulsoleodus peccator subscripti. Palladius peccator consciens subscripti. Clarus, in Dei nomine episcopus, consensi et subscripti. . . . encta. . . . precator consciens subscripti. . . . acor peccator consciens subscripti. Amalberthus consensi et subscripti. Wandalmarus consensi et subscripti. Athildus consensi et subscripti. Sighichelmus consensi et subscripti. Chabedo consensi et subscripti. Warnacharius consensi et subscripti. Vulderadus consensi et subscripti. Gauclulfus consingit et subscripti. Bobo consensi et subscripti. Desideratus consensi et subscripti. Gauclibertus diaconus hunc privilegium subscripti. ^f In Christi nomine, Gaerechramnus diaconus subscripti. Bodolevus subscripti. Ebroinus subscripti. Ragenobertus subscripti. Arneberctius subscripti. Signum ^g vir inlust. Radoberto ^h maj. dom. Aegynarus subs. Signum ⁱ vir inlust. Merulfo. Signum ^j vir inlust. Bertecari... Signum vir inlust. Aigulfo com. palat. Signum ^k . . . Chradobertus subscripti. Ochelpincus subscripti. Signum ^l vir inlust. Austroberto. Signum ^m Gaerinus jussus subscripti. Ebrulfus subscripti. Incrinus subscripti. Signum ⁿ vir inlust.

solum Eligii episcopi nomen majusculis litteris Romanis pulcherrime expressum. Duo alia nomina intermixtis utriusque scripturæ litteris exaraata sunt. Plurimi nominibus additæ chirographorum species, crassiori modo intricatis lineis formatae. Sedes episcoporum subscriptientium plereque assignantur a Mabillonio, de Re dipl. pag. 467 not., quem vide. Nomina scribimus juxta Mabillonii lectionem [necno A. Teulet recensionem.]

^d Falsum arguit Germonius, ex eo quod inter subscriptentes legitur Radobertus major-domus; hujus enim nominis majorem-domus Clodovei non existisse contendit. Id nos minime negaverimus, missa Illechenii opinione, nulla veterum scriptorum auctoritate fulta, et missa pariter Fontanini, Vindic. dipl. pag. 159, argumentatione, non ideo expugnandum Radobertum e numero majorum-domus, quod ejus non meminerint scriptores veteres qui supersunt. Nam constat Agaunum, vivente Dagoberto, Neutriæ et Burgundie majorem-domus, habuisse successorem Erchinaldum, qui non nisi mortuo Chlodoveo diem supremum obiit, videsis Germon. de vet. reg. Franc. Dipl. t. III, pag. 243. Sed Radobertus quidni fuerit major-domus Bathildis reginæ? Erant reginis sui majores-domus, teste Gregorio Turonensi, Hist. lib. VII, cap. 38, neque hanc solutionem aspernatur ipse Germonius, ubi supra, t. II, pag. 194.

o. Signum † Gundoberto. Signum † vir inlust. **A** et terra ad ipso mero aspiciente bunoariaxu ^a, una cum adjacentias earum promeruisse. . . . cessisset, vel confirmassit, quem viro epistolas præ manibus habere adfirmat, et ipsas villas.... cium plinius confirmare deberemus, cui nos hunc beneficium sicut unicuique justa petentibus vel adjacentias earum, cum terris, domebus, edificiis, mancipliis, silvis, pratis, pascuiis, peculiis.... inspecta ipsa epistola in superscripta loca visa fuit promeruisse, et hoc ad presens quieto ordene poss.... voluerit liberum in omnibus puciatur arbitrium, et haec auctoretas tam a nostris quam.

DIPLOMA III

ii, regis Francorum, suggestente matrona Amathilde emissum ^b.

ro inlustri.... are idemque inlustris matrona ildes clemencie rigni nostri credidit sugge... . . . lis chramlos subteriore Satelliaco vel qui dicitur Curtilis, sibi berimariacas co

plex ratio est computandi annos regni Clodovei ab anno quo ipsi regna Neustrie et Burgundie asserta sunt, circa ann. Chr. 634, vel ab uno pater ejus fato functus est, anno 638. Juxta rationem, annus regni ejus XVI concordat in Christi 6.9; juxta secundam, cum anno am vero in Clippiacensi placito emissum fuerit ade quo agitur, hoc vero placitum sub anno 653 oricis memoretur, huic anno regni Clodovei idem censemus.

e legit Mabillonius.

e legimus in exemplo Merovingico.

e instrumenti fragmentum primus vulgavit illius in appendice ad Annales ordinis Sancti ieti, t. I, append. alt. p. 686, n. XIV, annotatio somnino destinatum, apposita tantummodo ad em notula ex authentico; et praefixo titulo quo II, pro monasterio S. Dionysii concessum, de quo ipsum instrumentum silet. Ex Ma... typis iterum mandaverunt Collectores scrip-

B et terra ad ipso mero aspiciente bunoariaxu ^a, una cum adjacentias earum promeruisse. . . . cessisset, vel confirmassit, quem viro epistolas præ manibus habere adfirmat, et ipsas villas.... cium plinius confirmare deberemus, cui nos hunc beneficium sicut unicuique justa petentibus vel adjacentias earum, cum terris, domebus, edificiis, mancipliis, silvis, pratis, pascuiis, peculiis.... inspecta ipsa epistola in superscripta loca visa fuit promeruisse, et hoc ad presens quieto ordene poss.... voluerit liberum in omnibus puciatur arbitrium, et haec auctoretas tam a nostris quam.

. o rigni domno Chlodoveo.

torum rerum Francicarum, t. IV, pag. 638, n^o XXXI, et ipsi absque ulla illustratione. [Archetypum in archivio regio, t. n. VIII, nunc asservatur, sed valde mutilum, ad cuius lidein novam recensionem instituere conatus est A. Teulet.] Instrumentum adeo mutilum, Amathildis, personæ privatæ, nec nobis aliunde cognitæ, nonne solum proferens, ad certam epocham revocare, et anno peculiari assignare non licet. Id tantum ex ultima fragmenti voce novissimus, emissum fuisse regnante Chlodoveo, quod de Chlodoveo II intelligit Mabillonius; unde illud, cum Collectoribus scriptorum rerum Francicarum, ad finem regni Chlodovei II, ut pote incerti temporis, rejicimus.

• Legendum conjicimus *bunoaria* ^a ij, pro voce barbara *bunoariaxu*. Vox *bunoaria* non semel in instrumentis hujus ætatis usurpatur pro designanda certa terra mensura, ut jam alias notavimus. In charta Blidegisili legitur *buinaria* ^b duodecim.

DIPLOMATA SPURIA.**DIPLOMA PRIMUM**

Iodoreus II, rex Francorum, castrum Bagaudonat Blidegisillo, ad construendum monasterio quod Fossatense dictum fuit ^a (ann. 638). **lodeus**, rex Francorum, vir illuster, duci raldo, vel omnibus presentibus ac futuris fide-

quid sacerdotibus ac religiosis ecclesiasticis vi... opus Dei construendum, concedimus, hoc et ad nostri stabilitatem, et ad animæ salutem per non dislidimus. Proinde omnibus sanctæ Dei

fragmentum hujus diplomatis primus edidit in itinibus Parisiensibus Breulius, lib. IV, pag. ii apographum authenticum, ex autographo in monasterii Fossatensis asservato transcripsa manibus se habuisse asserit; integrum deinde indatus recudi curavit in earamdem Antiqui... supplemento, pag. 141. Illud postea vulgaverunt raus, Antiquit. Paris. lib. I, pag. 58; Coint. t. III, pag. 82; Gerardus a Rosco, Hist. Paris. t. I, pag. 171; Felibianus, Hist. Paris. pag. 20; Script. rer. Franc. coll. t. IV, pag. love Galliae Christ. auctores, t. VII, inst. col. r. 11; qui omnes Breulum, absque ulla nova de a pho disquisitione, secuti sunt. Cointius aliter interpolationes in contextu a Breulio edito kit. Miramus quod Mabillonius, qui Blidegisilliatione Fossatensis monasterii litteras, oratio a nobis re'rendas, omnino sinceritas pro re non audet, Ann. Bened. t. I, lib. XII, pag. nullam de diplomatis Chlodovei sinceritate

C Ecclesie tam presentibus quam et futuris uliusque sexus fidelibus notum fieri cupimus, quandam vi... rum diaconem, carnis generositate pollentem, ac in Christo venerabilem, valdeque a nobis per omnia dilectum, nomine Blidegisillum, ad nostræ sublimitatis presentiam advenisse, et humiliter deprecasse quatinus, ad ecclesiam Dei funditus ædificandam, in honore scilicet sanctæ Dei genitricis Marie ac sanctorum Petri et Pauli principum apostolorum, et monachos sub regula ^b S. Benedicti pro Christi

suspicionem babuerit. Autographum certe ab eo visum non fuisse ex ipsis verbis intelligitur, cum Fossatensis monasterii fundationem recitat ex Vita S. Baboleni, parum accurate scripta, ut ipse fatetur, et in compendium a Breulio redacta, diplomatis vero, de quo agimus, vix fragmentum adducat. Felibianus, quem sequuntur cæteri hujus instrumenti editores, ne minimam quidem de illius sinceritate dubitationem proferendam esse credidit. Nos, cum autographum ipsum (quod in archivis tum archiepiscopatus Parisiensis, tum capituli S. Thomæ Lu... picens, ad quem res ad Fossatense monasterium olim pertinentes devenerunt, si ustra investigavimus) inspicere non licuerit, animadversiones Cointii loco suo referemus; instrumento vero pluribus nec levis momenti interpolationibus foedato, adulterationis nota in præfigimus.

^b Ad hæc verba sic Cointius, Annal. t. III, pag. 85: « Haec a recentiore quopiam in gratiam ordinis Benedictini videtur interpolata: nam Blidegisillus